SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Nobilis vir Marcus Ant. Muricottus alter consultor existentium servatis servandis et consulendo dixit quod super bono p.o confirmabat omnia dicta D. Sebast. primi consultoris.

Idem dictum suum prosequens et consulendo super 2.o dixit quod taxatio dicti fiat discipulos prout est congruum, et quod taxatio sic fieri pot. videlicet ut discipuli conficientes epistollium solvant pro quolibet iulium unum pro quolibet mense, et conficientes themata pro quolibet et quolibet mense carolenum unum. qui vero discunt donatum et faciunt sensus bayoccos quinque ut s. Et qui legunt donatum cum sensu et sine, carolenum medium. Pueri vero discentes p.a elementa solvere debeant ut s. bayoccos duos cum dimidio, nec non et omnes illi, qui ceperint ire ad ludum si tamen diem unum irent et postea discederent, tamen teneantur solvere pro totum mensem et non amplius. Et si forte dicta taxatio non sufficeret premio et debito salario ipsius ludimagistri M. D. Priores presentes et pro tempore possint et valeant accipere quantum defecerit in magistri salariam undecumque dummodo non imponatur datium neque talio ea ob causa.

Idem in reliquis nihil dixit.

Sale alle Monache

Circumspectus vir D. Agabitus Abbatius alter ex consultoribus ibi existentibus accedens ad locum solitum servatis servandis salubriter consulendo dixit super quod sale ipsi nullo pacto auferatur sed magis detur et tribuatur monialibus monasterii S. Marie Magdalene cum pro multos annos datum fuerit dictis monialibus pro Deum, et sit opus pium. et quod hoc fiat more solito.

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 38, c. 80 r.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR